

Sicut infiniti sunt ærumnarum crateres, quos nocentem nobis  
 fortuna propinat, Vir Magnifice & Consultissime, Domine,  
 & amice plurimum colende; Ita etiam turbidas imperiorum  
 ac rerumpublicarum Status effata hæc & luctuosa mundi  
 senecta animos imprimis prudentium merore perfundit &  
 intime percellit. Evagrans enim oculorum aërem  
 figas, exitiales belli ætas & prodigiola motuum ægmina  
 occurrant, nec usquam ferè portum repereris, ubi requiescere  
 tates grege. Quis tandem eventus àtq; hanc illam rerumq;  
 conditionem modernam expectet, id sapienter equidem non fu-  
 git, cum omnium evincant historiæ monumenta, do-  
 mesticos ejusmodi Aerepites florentissimis aliq; in regnis exci-  
 dium sæpenumero accelerasse, eademq; ad similitudinem  
 subtilis grassaq; navis si non derepente, attamen paulatim  
 & suspensò quasi gradu pessundata ac collapsa miserum  
 fuisse. Quanto igitur rectius faciunt, qui pacis à lme  
 bono unice delectantur, & omnibus tum corporis tum animi  
 viribus profusus eò allaborant, ut militie potius togatae suæ  
 stet decore, & lectissimi juvenes, qui ad politiciæ literaturæ  
 culmen enixè aspirant, subsidia ne desiderent; quippe  
 artes bonæ & inq; ingenia benignitate excitantur & valen-  
 tur, sicut secus ac cæli beneficio & temperie fruges.  
 Ea verò in re Illustri Princeps ac Dominus, Dn. Ernestus  
 Princeps Holsatiæ & Sedaumburgi, quid præstet, & quam  
 large non solum in sed & extra Germaniam sustentet lite-  
 rarum Studiosos, maxime si spem futura messis uberissimam  
 concitarint, id ipsum omnium jam ora pervasit, adeo ut soli  
 radiis, Oceano fluctus adhibere voluerit, qui in laudes ejus ef-  
 fundi amplius amittatur: quod tam ex alto loco fama  
 illius sit collocata, ut degener & prorsus semper humi replens  
 livor, quo est obliquo obtutu apicem illum surgere & con-  
 tueri non possit. Quandogvidem igitur Georgius

Mejerus Hamoveranus in illustri Julia per continu-  
quadriennium labore jugiter exantlato et crebris exercitiis  
tantam hausit juris scientiam, spes ut affulgeat sanguis  
evanida, eximias ipsius doctus in reipub. vigorem et merito-  
rum feliciter, quandoque gesturas, dumne Meecenatum  
& aera secundiori ulterius destituitur; Itcirco com-  
titias hanc literas obinde petens nullo negotio a me  
trahit, tum quod juvenis sit ob creditum ingenii talentum  
et eruditionem insignem cum vernanti admodum aetate  
conjunctam amore juxta ac favore dignissimus, tum quod  
per integram jam annum, et quod excurrit, mecum  
viderit, sedulam praeceps cognitioni operam navasse  
tum etiam quod istae occasione necessitudinis vinculo  
quod non ita pridem mihi tecum exoptatissime inter-  
fortius stabiliri posse persuasum omnino habuerim.  
Nullus autem in rogando esse nolim, ne amicitia non  
diffidere videar, quae dici non potest quantopere passim  
delecter, praesertim cum per doctrinae exuberantiam  
et editas ingeniorum, fatus nominis tui gloria ad hono-  
famam veremem, et quoad literarum animam, fuis dabo  
nunquam intermorituram jamdudum profluerit.  
Repeto saltem tenorem literarum, quae ad Collegam  
Dn. Cancellarium Wernerum Höning eadem de  
exaravi, quarumque copiam haec tibi exhibent, ut  
illud rogas, ut pro eximio tuo candore, singulari  
jurisprudenciae Studium & juvenis solertissimus Studii  
quae fruere, gratia totum hoc negotium ad optatam  
tam perducere, atque Georgii nostri bono publico  
dus nati causa isthoc pacto provebere digneris, certissimam  
ratum, quicquid ejus causa fecisse te apparuerit, id tam-  
tum mihi fore quam quod gratissimum. Ceterum

beneficium istud in eum esse collatum, qui ex mente Imperatoris reipub. aliquando possit in partibus credendis gubernare, et munere commissio rite defungi.  
Hæc sunt quæ necessitas scribere ad te efflagitavit. Dabis verò illud insigni tuae humanitati, & cum presenti tabulario paucissimis respondere, simulq; de die inaugurationis Academiae Ernestinae, & de Professoribus juris ibidem designatis certior me reddere nullus gravaberis. Ubi enim per occupationes varias licuerit, spectare egregiam illam introductionis festivitatem & pompam propositum mihi est deliberationis.  
Et, si visum tibi ita fuerit, Comitem sese mihi dictus Georgius adjungat. Interim denuo rogo, ut, quoad rursus fieri potest precibus meis locum relinvas, pro libet officiorum genera vicissim à me expectaturas.  
Vale, Vir Magnifice, & me amare perge.  
Dabantur Brunsvigæ. 20. August. A<sup>o</sup> 1620.

Excell. V.

Studio filii.

Caspar Blocke

Magnifico et Consultissimo Viro Dn. Melchiori  
Goldasto Stammesfeldio, Consulario Saxon.  
Wernatens. et Hofsato - Sebaumburgici Pommo  
et amice meo plurimum colendo

Richardus

